

Band V., Nr. 1248, Seite 6

Wilhelm der Vogt von Wimpfen übergibt die Hälfte seiner Wiese bei Untereisesheim an das Heiliggeistspital in Wimpfen zum Erlass seiner und seiner Erben Sünden.

Ohne Ortsangabe, 1253. Januar.

Universis presens scriptum intuentibus tam presentibus quam futuris Wilhelmus advocatus Wimpinensis salutem in auctore salutis. Quoniam que aguntur in tempore, ne labantur cum casu temporis, solent apicibus litterarum et hominum testimoniis perhennari, sciat igitur tam presens etas quam futura posteritas, quod ego Wilhelmus bene compos virium mearum ac rationis de voluntate et assensu heredum meorum medietatem prati mei iuxta Ysenshem inferiori^a siti videlicet cum salicibus et banni iuribus adiacentibus ad me pertinentibus in remissionem peccatorum meorum et predictorum heredum meorum liberaliter contuli et contradidi pleno iure hospitali Sancti Spiritus in Wimpina volens, ut ipsum hospitale pratum prelibatum cum attinentiis supradictis habeat perpetuo suis usibus deputatum. Ut igitur huic testamento et ordinationi non possit a quoquam obviari ac calumpnia litterarum opponi, presentem cartam tam sigillo meo quam sigillo nepotis mei Wilhelmi de Tuinginberc in robur sempiternum decrevi confirmandam.

Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LIII^o. mense Ianuarii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Nur noch die Löcher im Pergament weisen auf zwei ehemals angehängte Siegel hin.

^aIm Original steht *Ysenshe inferiori*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Augsburg

Signatur/Titel des Originals:

Wimpfen Hl.-Geist-Spital Urkunde 1

Überlieferung und Textkritik:

War ehemals im HStA München.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Wilhelm; Vogt von Wimpfen

Ortsindex:

Burg Zwingenberg Wohnplatz (6202)

Burg Zwingenberg, Zwingenberg, MOS

Untereisesheim Wohnplatz (2217)

Untereisesheim, HN

Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)

Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN